

A. 214 / XNV. 1.

~~N III 3~~

J. A. h.

953 Et 1785  
467.

L. K. P. M. K

II, 1216

Ev. 1669

Miscan

①


„Regi nyomtatványok, Bratislava-lyceum:“  
(308.16.2.)

CUPRESSUS FUNEREA  
five  
LVCTVS  
Gymnafii Pofoniensis  
SUPER OBITU  
NOBILISSIMI, AMPLISSIMI  
ET CONSULTISSIMI  
DOMINI  
ANDREÆ SEGNERI  
IN LIBERA REGIAQUE  
Pofonio

quondam  
JUDICIS CONSULIS ET  
INSPECTORIS &c.

VIRI  
*dum viveret suspicendi  
ab excessu verò desideratissimi  
quem*

Funebri Oratione expresfit  
ELIAS THOMÆ.



POSONII,  
Literis Chalcographicis depinxit Gottfriedus Gründer.



Regi nyomtatványok Bratislava-lyceum:  
(303.19.3.)

Adolescentem Ingenuum  
JOSEPHVM ANDREÆ F.  
SEGNERUM

ut quantum in se est

ad Virtutum Paternarum  
expresfionem incitare

Funebrem hanc Orationem  
*lubens ipsi dedicavit*  
ELIAS THOMÆ.



Regi nyomtatványok, Bratislava-Lycœum:  
(303.119.2.)

na  
pe  
li  
R  
re  
pe  
co  
de  
ca  
im  
ex  
vie  
no  
pl  
N  
m  
e  
a  
Fu  
m  
m  
tu  
ta  
na



## AVDITORES, etc.



**N**unquam Posoniensi Reipublicæ  
& in ea Evangelicis imprimis Civibus, vel major  
constantiae necessitas, vel justior pietatis occa-  
sio venit, quam, cum Summus rerum humana-  
rum Arbiter, factorumque Moderator, quem or-  
nandæ huic Civitati, per annos benè multos, singulari munere im-  
penderat, expleto feliciter honestæ vitæ cursu, ad æterna transtu-  
lit præmia, antiqua virtute & fide Virum, ANDREAM SEGNE-  
RUM.

Multo, mihi credite, mœstissimi, simul & honestissimi Audito-  
res, multo altius vulnus adactum est, quam ut curari exfacili, aut  
perfanari ita possit, ut nihil infirmitatis amplius atque langvoris, in  
corpore reliquo permaneat. Quid agitet Deus ac adstruat, quid  
de hæc urbe, nostrâ facturus sit tandem, dum, postquam ex mediis  
eam bellorum incendiis, admirabili consilio eripuit, atque à vi &  
impotentia Turcarum, non sanè humanis opibus defendit, tam  
eximiis Viris spoliat, in principes partes, & ipsa capita adeò sæ-  
viens, caliginosa nocte demersum latet. Magna autem omnibus  
nobis incumbit necessitas, deprecandi maturè, & avertendi sup-  
pliciiis, quicquid sinistri ac diri ominis exercet atque versat.

Neque enim futilis et vana illorum existi-  
manda est ratio, qui toties ominis aliquid  
et tristioris augurii capiunt, quoties rara  
aliqua et excellens Virtus terris excedit.

Fuit lanè SEGNERUS noster, confessione omnium, non sui no-  
minis magis, quam meritorum honore notus. Plurima Ipsi maxi-  
maq; semper debuit Respublica, plura tamen optaret debere, si diu-  
tius debendi nomina multiplicare licuisset. Sed enim, ad ultima gra-  
tæ voluntatis officia, & suprema munera perventum est. Exempto  
namq; inter ipsam præclarè de nobis merendi industriam, quid aliud

A ij

tanto

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum:  
(303.19.2)

tanto Virò à nobis potest accedere, quàm hoc unicum gratitudinis testimonium, quo illum inter paucos veneramus.

Nemo opinor tacenda judicabit ingentia, in Republicam afflictam, in desertos Orphanos, in egenos exules, in suas necessitudines, & omne genus hominum, atque præclara merita, Virtutum & officiorum decora, elaborata pro egregio publico consilia, vindicata à squalore studia, tolerata constanter, & superata feliciter, discrimina.

**Magnum enim crimen est, memoriam bonorum cum corporibus efferre, inter efferendum flere, meminisse postea nunquam.** Ita aves, ita feræ fætus suos diligunt, quarum concitatus est amor, et pænè rabidus, sed cum amissis, totus extingvitur.

Aliter de Republica Posoniensi meritus est eximius **SEGNERUS**, & præcipuè de hoc **Gymnasio** meritus est optimè. Quare dignissimus est, cujus memoriam quibuslibet gratiarum officiis perpetuò prosequamur. Nulla erit tam ingrata fama, nulla tam incuriosâ virtutum ætas, nulla tam negligenter occupata eruditio, quæ tanti nominis celebrationẽ ad se non pertinere arbitretur. Nulla illucescet nostro Gymnasio festivitas, nulla posteris Musis celebritas instaurabitur, quam non insigniat, honesta recordatio, & venerabilis memoria, ejus Viri, qui Palæstræ huic auspiciam quodammodo commendavit. Quicumque in quocunque Reipublicæ negotio, magistratu, dignitate deinceps versabuntur, **SEGNERIANA**, vestigiaprimum invenient, mox intelligere discent, denique studebunt æstimare. Ipse Reipublicæ Genius, ut sic dicam, & fortuna, animis civium inspirabit singulare publici egregii tuendi arcanum, imitationem **SEGNERIANI** exempli, per omnia Spectati, Probati, Felicis.

Ego quidem optassem, ut tam tristi supersedere licuisset officio, quale mihi nunc imperat, optimi & præclarè meriti Viri excessus: Enimverò, cum non una de causa in me devolutum sit, quicquid hoc est officii, eaque propter solemnia hæc Instituerim Necyfia, id  
artè

antè omnia operam dabo , ut prius , quam vos audiendi capiat tæ-  
dium , perorem.

Quemadmodum autem , qui in bivium aliquod incurrunt via-  
tores , subsistunt , animique incertantur , quà potissimum eundem ,  
tandem , ubi diu multumque dubitarunt , quod Hermes non esset ,  
qui , quà compendio irent , monstraret , regia pergunt , & rectà  
progrediuntur : Ita hic mihi faciendum video. Cum enim in uber-  
rima hac , copiosissimaque materia , variæ mihi pateant viæ , in-  
herebo tamen **Pietati , Industriæ , Probitati**que  
SEGNERIANÆ , utpote quibus dignum se reddidit , cui supremi  
honores cumulatè præstentur. Nihil figuræ , ambitione nihil , ni-  
hil adulationi dabo , confido etiam , ab omnibus vobis aures bene-  
volas , dicenti mihi , datum iri.

Et quidem in ipso limine jucundæ contemplationis repletur  
animus meus , cum non sine admiratione intueor , quàm belle no-  
minibus in nostro ANDREA SEGNERO cum ipsis rebus vitæque  
ejus conveniat. **Virum benedictionis** ipsum fuisse ,

notius est , quàm ut ex me quisquam intelligat. Et verò hoc idem  
nomina loquuntur , tum quod à Proavis traxerat , tum & illud , quod  
ad lustricum Baptisimi fontem , in sanctissima regenerationis & ex-  
piationis ceremonia , genitorum voluntate acceperat. Virum si-  
bi generasse videbantur , divinitus ornandum , quorum Conjugium ,  
cœlestis gratia , hac sobole beaverat , idque felici augurio , quod to-  
ta ejus vita abundè comprobavit.

Non habeo quidem magnopere necesse , ante actam ejus vi-  
tam , inde usque à principio recordari , ac diu multumque in repli-  
canda multorum annorum memoria commorari , mori tamen obse-  
quar , & quis , cujasve fuerit paucissimis exponam , siquidem ipsum

- - non series inhonora Parentum

Obscurum Proavis aut priscae lucis egentem

Plebeja de stirpe tulit.

Patriam nactus fuit calamitosam hodiè , & prope non emor-  
tuam **Hungariam** , & in ea civitatem , quarto lapide hinc  
distantem , à **S. Georgio dictam** , paulatim è cineribus  
resurgentem , nobilissimo vino insignem Parentes satis præcullen-  
tes claritudine originis & vitâ nobiliter acta.

Pater

Regi nyomtatványok Bratislava-lyceum.  
(308.19.?)

Pater quippe fuit **Balthasar Segnerus**, Vir in sua  
statione præcipuus.

Mater **Anna**, ex familia **Magerorum**, Matrona  
virtutibus eximiis condecorata.

His vitæ autoribus, anno superioris seculi supra nonagesimum  
sexto lucem aspexit. Auspicatam nativitatem excepit prudens &  
pia educatio, qua factum est, ut puerilis ætas primula, elementis  
virtutum formaretur. Ipse quinimò infantiam per eximie indolis in-  
dicia exactam, per omnia industriæ, pueritiam, adolescentiam  
verò expectata laudum fruge nobilitavit. Parentum quippe  
adgubernante cura, pueritiæ ruditatem in Scholis Patriis exiit,  
tinctus literis, quibus hæc ætas impertiri solet. Generositatem  
suam eo ipso testatus est, quod à naturâ bene ad virtutem compo-  
situs, & ab ingenio maximarum rerum capace fuit instructus, ita  
ut de eo Musagetæ potuissent prælagire, quod de **Themisto-**  
**cle** Præceptor, perspecta ejus sublimi indole, vaticinatus est:  
**Mi fili, nihil eris mediocre, sed omninò,**  
**vel magnum Patriæ lumen, vel magna pe-**  
**stis.** Erat enim & noster, ad inveniendum expeditâ celeritate,  
ad penetrandum singulari acumine, ad deliberandum sapiente con-  
silio, atque ad reminiscendum etiam tenace memoriâ valuit. In-  
genium hocce suum, magnum, utpote cæleste depositum, non  
suscipit aut dege, sed curatissima industria effecit, ne illud  
eveniret, quod agris fertilibus solet, qui, si non renoventur ara-  
tro assiduo, nil nisi cum spinis gramen producant. In exco-  
lendo adeoque ingenii agello, nulli studio laborive pepercit, sed  
omni generis liberalibus artibus, illum excultum politumque de-  
dit. In literario studio, cum plures annos desudasset, præclara-  
que fecisset spatia, ut comparatam domi eruditionem, foris acces-  
sionibus auget, publicoque bono profuturam sibi compararet,  
scientiam, ad Ulyssis notissimum exemplum, multorum hominum  
mores & urbes videre gessit, ante tamen quam peregrinari inci-  
peret, illustre ad Salam Athenæum visitavit, ibidemque laudatissi-  
ma contentione, ad solidam magnarum rerum cognitionem pro-  
peravit,

peravit, metam etiam feliciter adeo attigit, ut quicquid boni de eo sollicitorum, parentum, ipsiusque Patriæ expectatio habuit, optato eventu impleret, imò verò, majori eventus auspicio longissime superaret. Atque hoc ipsum vel maxime effecit, ea, quæ apud Juvenes, eheu! rarissima est, in tractandis studiis prudentia, cum sibi discenda esse judicavit, quæ juvare, non quæ ornare tantum, & delectare apta sunt. Accidit haud raro his nostris annis, ut, ad mercatum istum Apollineum proficiscentes, postquam jactura temporis & æris non exigua, peregrè versati sunt, suis redditibus, infauftam illam querimoniam cogantur recentare: **Necessaria**

**nescimus, quia non necessaria didicimus:**

hinc deinde est, quod inanibus miserisque votis, annos præteritos à Jove repetunt, & togati vivunt pueri. At enim longè alia SE-  
GNERO nostro mens fuit, qui, curiosis insuper habitis, neglectisque inanibus eruditionis schematibus & bullis, Politicæ se mancipavit, atque historiis, iisque Patriis evolvendis singularem adhibuit operam, persuasissimus, nihil æque probrosum esse homini, in luce publicâ viventi, illa ignorantia, quæ Patrum & avorum res gestas nobis surripit & occultat. Cujus tum judicii & diligentia, adeo non pœnituit Senem, ut illa non modo jucundissima adolescentiæ suæ tempora, sed & optimè transacta apud amicos identidem commendaverit. Quod quidem fatali illorum socordia opono, qui domi, inter maternam indulgentiam, & in sinu nutricum corrupti, inferiorum scholarum desertores ad Academies nihil conferunt; præter inscitiam, & quod longè deterius est, contemptum omnis ejusmodi necessariæ disciplinæ: ad titulos & inania prius adspirant, quam eruditionem, denique sine omni veteris & variæ illius sapientiæ comitatu, altioribus studiis immerfi, statim & alligati, quicquid in antiquitate reliqua egregium est, multoque usu, magnorumque hominum exemplo commendatum, fugiunt potius, quàm sequuntur: Semper Tyrones, dum, ut præposterè mortales incipiunt, ubi desinere debebant, & cum jam sibi videntur eruditi, plerumque loqui nondum possunt, tantum abest, ut sapiant ex judicio, quos nunquam lectos damnant, sapientum antiquorum. Rara quidem paucitas, & paucissima raritas est, illorum, qui illustria Hungarorum facta ad posteritatem transmiserunt, scriptorum,  
illis

illis attamen assiduè operam dedit, ut quales fuerint olim, qui has terras occuparunt, & vicinos sæpè terruerunt, pro monumentorum amplitudine, non ignoraret.

Nostri moribus oppidò quam turpe est, nescire Scipiones, Alexandros, Cyros, & quibus major è longinquo fama: illa verò ignorare quæ bidui aut tridui itinere à nobis sunt remota, nullius propemodum reprehensionem incurrit. Quanto cum compendio, quove nostro emolumento, notius opinor est, quam ut meo iudicio cuiquam suggeratur. Nostro & Juveni & Seni mens fuit, emendatior, & quidem tam copiosam sementem rerum & historicarum & Politicarum ætate fecit teneriore, ut nonquam sterilescere potuerit fecundus ille ingenii agellus, sed post dimidii propemodum seculi decursum, affatim adhuc progerminarint, quæ multò reipublicæ commodo demersuit. Nempe perspexit optimè ætatem, quamvis longam, cum effluxit, nulla consolatione permulcere posse stultam Senectutem, adeoque, quacunqne potuit ratione, prudentia & notitia rerum pectus instruxit, atque adversus ignorantiam animum summum, idoneis armis munivit, idque auspicio apprima bona. Negent, si possunt, quibus non nos tantum, sed universus orbis abundat.

- - **Animi nil magnæ laudis egentes,**  
sæpe multitudinem æquè ac primores ab ore pependisse nostri Nestoris, aut si frontem perfricuerunt, inficiari audeant, magnam prudentiæ laudem ex literarum studiis SEGNERO accessisse.

- - **Didicisse feliciter artes,**  
**emollit mores, nec finit esse feros,**  
quondam Poëta cecinit: cujus mentem, & simul sententiæ veritatem exemplo suo, noster egregiè vindicavit.

Utinam autem notissimo hoc exemplo Dromonum turba disceret, quàm sint ad omnem honestatem duces, ad dignitatem auspices, ad moris rectitudinem magistræ, liberales disciplinæ. Hæ enim quicquid natura insevit, excitant, quicquid usus comparavit, componunt, quicquid elegantia suadet, virtus imperat, actus molitur, interiore quodam consilio moderantur. His mancipavit, his consecravit se SEGNERUS, his acceptum tulit, quod vir ante virum factus, nullum juvenilis ætatis indicium, nisi de fronte  
aut

aut vultu dedit, & sine cortice puer propemodum natavit. Miraculi instar est, quod Juvenis contra voluptates tanto pugnavit, successum, superbissimus contemtor mollium. Etenim haud aliter, atque Magnus quondam Alexander oblatam sibi Paridis lyram repudiavit, indignum munus fortissimo viro arbitratus, amatorias fides: Ita & ipse amœnitates illecebrosas, & pellicientes sirenes aspernatus est, & abstinuit se, ab omni immoderato voluptatum usu, turpem etiam, & perniciosum luxum jussit exesse, quem maturè admodum perspexit, esse fortunarum nunquam saturatam voraginem, & jarchæ potius annulos, hoc est virtutum præsidia, summo sibi labore comparavit. Capiebat hoc in juventute nihil esse turpius quam grandem natu, et elementarium senem, qui nullum aliud habeat argumentum, quo se probet diu vixisse, præter ætatem. Quare aptissima ipsi præsidia sunt visa senectutis, artes exercitationesque virtutum, quæ in omni ætate cultæ, cum multum diuque vixeris, mirificos afferunt fructus: non solum, quia nunquam deserunt, ne in extremo quidem tempore ætatis, quanquam illud maximum est: verum etiam, quia scientia benè actæ vitæ, multorumque benefactorum recordatio, etiam tum, cum pedem alterum in cymba habemus charontis, longè jucundissima est. Ante omnia erat SEGNERO commendatum illud PLUS ULTRA: adeoque, postquam & adgenitas puerilis ignorantiae pulveres excussisset, & studia quàm effectissimè absolvisset, ad majorem cultum ingenii consequendum, alio sub sole calentes terras lustrare,

B

secum

secum constituit, : bene videlicet intelligens, humiles et plebejas animas domi residere, et suæ terræ affixas hæerere : Illas diviniore esse, quæ coelum imitentur, et motu gaudeant. Neque enim is erat, qui sibi persuadere posset, aliquem hominem perfectè sapere, qui intra Patriæ mœnia delitescens, nullos mortales, præter indigenas suos nôrit. Nec assentiebatur Claudiano, ingenioso alioquin Poëtæ, qui beatum illum prædicavit, qui nunquam â Patrio solo pedem extulerit, & in nativo agello consenuerit. Sed cum Cicerone, puerorum ipsi visa est beatitas, qui felicitatem ponunt in nihil agendo, adeoque magnorum virorum exempla imitatus est quibus peregrinatio prudens, fundamentum morum, & utilis vitæ oblectatio est credita. Videbat adhuc Juvenis, rerum humanarum, & in eis civilium mirificam varietatem alto demergi profundo, ad quod ex hauriendum præsentis consilio opus sit, cum summo studio, & judicio exacto, præcipuè autem experientia strenua & solerti. Hanc domi quidem inchoari, foris verò perfici, nec pro patria natali solo, sed universo orbe utendum esse, quem si non pedibus & itinere, animo certè & observatione prudens emetiatur. Intellexit, ut qui optime Experientiam inspicere præsentia, adire remota, penetrare occulta, attendere colloctionibus, adfistere conciliis, interesse cætibus, intrare curias, invisere aulas, domos frequentare. Huic proindè inhiavit, hæc per mare, per terras secutus est, hæc peregrinationum unicus fuit scopus. Longè videlicet aliter suarum sagit rerum, quàm hodiè videmus à ple-risque fieri, quos nihil minus, quàm peregrinari dicas. Etenim, qui fieri possit, ut tam honestum vanitatibus illorum nomen imponas, qui

qui lingvæ unius mediocriter cognoscendæ ergò, tum visendis ur-  
bibus, hortis, arcibus, tot annos impendunt, & tot nummos;  
qui propterea se proripiunt, extra paternæ domus septa,

ut dicantur, non fuisse domi.

qui mihi profectò id unum videntur agere, ut sumptuosè  
pariter et strenuè nihil agant. Igitur, ubi eos  
desiderium maternæ sedis, aut tædium itineris, aut spes ostentatio-  
nis domum reduxit, satis plerumque apparet Plautinam  
mulierem longè virilius sapuisse, cum, quam hi tantoperè abstru-  
dunt, ingenuè illa confessa est veritatem:

Vrbis speciem vidi, hominum mores  
perspexi parum,

atque ita mirifica importunitate ac intempestivo errore, denuò in-  
cipiunt in sua sibi Patria peregrinari.

Quid verò noster SEGNERS, ille, ut in cæteris, ita in  
hac quoque prudentiæ venatione, à vulgi indole & studiis multum  
fuit remotus. Nempe jam obfirmatus erat ipsius animus, adver-  
sum vitia externa, & ea iudicii maturitas ac rectitudo, ut seligere  
foris posset, quod domi sibi ac Patriæ aliquando esset profuturum.  
Ergò cum Germaniam adiisset, non ille urbes magnificas, Imperii  
propugnacula mirari, operæ ac instituti pretium duxit, sed cum  
sibi in posterum proximè ad portentosum Turcici Tyranni Imperium  
vivendum esse intelligeret, ad orientis Solis incunabula perrexit,  
& vastissimi Imperii sedem Constantinopolim lustrare, mores etiam  
& instituta vicinæ adeò gentis, penitus inspicere, laudabiliter sibi  
proposuit. Eventu felici & optato. Nempe eò delatus, cum  
præcipuæ dignationes viro quodam, id temporis Legato Cæsareo,  
vetustam illam Imperatoriamque urbem, ea potissimum parte con-  
templatus est, qua oculis simpliciorum se subducit, non ruta &  
cæsa superstizioso horrore pervestigavit, non rudera & lapides mi-  
ratus est, amavit, collegit; sed proficuum animo pabulum secta-  
tus, quos in sinum Patriæ & decus conferret, præsentissimos ab-  
sentia fructus, comparavit.

B ij

Verbo,

Verbo, subiectus est intellectus & voluntatis remigio, ad veræ sapientiæ adyta, & ita foris animum polivit, ita exalciavit, ut inter Scythas & Gelonos bonam mentem incrementa capere, & barbariem inter barbaros expugnari posse, luculento admodum exemplo evicerit.

Et hæcenus quidem peregrinantem comitari sumus: Nunc eundem Patriæ reddemus, omnis generis scientiis, & experientia instructum.

Intuebimur ipsum civem factum & Patrem familias. Tum deinceps Senatorem salutabimus, & auspicia dignitatum capessentem: Tandem bono publico utiliter inservientem, multa pro civibus, proque Religione molientem, quamvis perturbatis animis, inspiciemus.

Equidem non longo post tempore, cum ex Turcia & Dacia consalutassent reducem, qui sanguine, & aliis necessitudinibus eum attingebant, ante omnia in illud sibi enixè elaborandum esse intelligebat, ut certus de vitæ genere, & in futurum talis esset, qualem & vota bonorum, & Reipublicæ necessitates jubeant. Quare **civilem statum, omnium quos equidem novi optimum**, amplexus est. Cumque probè cognitum haberet, non bello tantum & armis Reipublicam servari & amplificari, sed opus insuper esse sobole, ut sibi familiæ rectè consent ac floreat, atque in eo, & decus & firmamentum rerumpublicarum esse positum, matrimonium inivit, Fortunatus & felix. Equidem, etsi volente Deo ad quarta vota transeundum ipsi fuerit, toties enim viduitati suæ novis nuptiis prospexit, illos tamen mærores ita attemperaverat Deus, ut intuitu lætissimè succrescentis sobolis, multò se facilius erexerit, atque illi quidem possunt, quibus ad viduitatem, orbitatis dolor accedit. Effloruit, nempe lætissimo proventu, arbor eximia, ramusculis luxuriantibus, & nepotum propagines tædia annositate sæpiculè leniverunt. Utinam autem SEGNERIANA germina, à stirpis indole nullatenus recedant, avitisque virtutibus splendorem & gloriam ampliores affundant. Illum certè tenellulum ramusculum, quem propemodum effeto succrevisse vidimus, **Josephum Segnerum**, magnas Viri, dum viveret delicias, ita adolescere, ita educari

voveo,

voyeo, ut melioribus innutritus artibus, & ingenium ad paternum exemplum excultus, suæ olim Patriæ, ornamento pariter sit, atque stabilimento. Discat bonus puer, non suam minus, quam publicam rem curare, uti quidem illud perfectissimè callebat Oeconomus & Pater familias optimus, qui propterea vel maximè existimabatur, & publicæ posse consulere, qui rem privatam suam, tam prudenter curasset, tantisque incrementis adauxisset.

In primis certè annis, quibus noster sibi vivere incepit, statim inter eos æstimatus fuit, quos in omnia promptos, & ingentis negotii capaces, fortuna Posonii adornasse videbatur.

Quanquam enim in vicino **S. Georgii** tum Municipio, nunc **Civitate Regia**, natus fuisset, illi etiam loco messem suæ industriæ consecraturus videretur: ob perspectam tamen pluribus rebus tranctandis fidem, experientiam, integritatem, prudentiam, Respublica nostra propius eum sibi vindicavit, rectius arcana quædam vis, huic Reipublicæ amica, eundem huc pertraxit. Equidem **uti, non concedo**, quod quibusdam placet, eximium ingenium, et virtutis capacem indolem, solius genituræ beneficium esse, fiderumque clementia, et parentum conditione debere æstimari: Ita hoc mihi facile persuadeo, aliunde esse, quam à casu et fortunâ, quod haud rarò tales viri, qui excelsitate animi aliis præstant, ibi virtutem suam exercent, ubi se aliquando viéturos esse, ne per somnium quidem inciderat. Non obstitit **SEGNERO** nostro, illa alioquin usque adeo exosa **peregrinitas**, quodque initium vivendi extra **Posonium** fecerat, quo minus in sanctiorem utilitatum publicarum,

12 13  
"Regi nyomtatványok, Bratislava-lyceum:"  
(308.10.2)

blicarum officinam, in venerandum illud gravissimorum consilio-  
rum penetrabile, adscitus sit: neque non sunt ejus, utut indigena,  
non fuerit, illustria, & nunquam satis æstimanda merita, magnis  
occasionibus instincta, multis accessionibus cumulata, perpetuis suc-  
cessibus promota: Omnia ejus facta, inter bonorum applausus  
& prudentum admirationem decurrerunt.

Erunt quondam, & fortasse hodiernum reperias, homines,  
acerrimis odiorum spiculis alienigenarum fortunas & incrementa in-  
sectantes: Sed hi digni imbibere

- - purgantes pectora succos,  
quicquid et intota nascitur anticyra.

Non nescio magnum quondam **Platonem** probasse ho-  
spitum expulsionem, quibusdam in locis lege cautum fuisse, ne  
peregrino civitas daretur. Enimvero, cum rectæ rationis lance  
pondero, quas illi tam barbaræ, & in humanæ sanctionis rationes  
proponunt, ne civilitas quidem dignæ sunt. E contrario vero,  
cum & humanitatis suasionem, & naturæ instinctum, & legem,  
insuper divinam in consilium advoco: quando deinde utilitates,  
quas famosissimæ in terrarum orbe Republicæ ab alienigenis per-  
ceperunt, intueor, haud equidem video, quid illud rei sit, quod  
animos indigenarum alieniores queat reddere ab iis, quos virtus  
varia commendat, etsi fortè aliis progeniti sint fideribus. Multis  
sæpe in locis observatum est, alienigenas majori fide & industria  
tractasse & juvisse Rempublicam, quam aliquos Cives; nec tam  
facile avaritia corruptos, peculatores factos esse, aut proditores.

**Cretenses** exteros non humaniter tantum excepisse, sed ad  
summos sæpe honores provexisse, autor est **Heraclides**.

Cessit benè **Romanis** plerosque populos eodem die hostes &  
cives habere, in quos & advenæ regnaverunt, qui amore in Rem-  
publicam indigenis non concessere. **Trajanum** gente **Hi-**

**spanum** etiam cum propinqui non deessent, **Cæsarem**  
designavit **Nerva**: Censebat enim, virtutem cujusque, non  
Patriam

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum:  
(308.10.2)

Patriam in rebus ejusmodi spectari debere. **Spartanis**

**et Atheniensibus** aliud exitio non fuit, quanquam armis pollerent, nisi quod victos, pro alienigenis arcuerint. Apud

**Chinenses**, nemo urbi, in qua natus erat, præficiebatur, cum illud Regnum potentissimum suis adhuc legibus regebatur, idque ideò, ne consanguineorum aliorumque, quos familiariter no-

vere, favori aliquid concederent. Idque hodiernum solenne est **Japonibus**. Constituit **Antoninus**, ut nemo cum

Imperio esset apud gentem, ex qua ortus esset, quia **Cassius**,

cum Syriae, Patriæ suæ præfesset, res novas molitus fuerit; nec ab illius edicto deflexisse sequentes Principes, leges quæ in Pandectis & Codice occurrunt, satis & abundè nos docent. Hodie multæ

in Italia urbes, ne civilibus Patritiorum Plebejorumque discordiis iterum turbentur, peregrini prætoris eligendi morem, prudenter, ante indictum, adhuc servant, qui nullo cognationis aut factionis contagio infectus, jus sincerius dicat.

Et verò hæc non eo fine huc allata sunt, ut indigenis & Patritiorum nomine censendis, aliquid decedat, aut deterioris illi sint conditionis, aliundè commeantibus; sed ut appareat, non esse propterea ita negligendam aut deserendam Rempublicam, cum indigenæ tuto committi nequeat, ut nec peregrinus ei tuendæ admoveatur. Equidem brevi complures pessum ire necessum esset civitates, in quibus pauci ea discunt domesticorum, quæ variis negotiis tractandis apta sunt, nisi peregrè advenientes difficillimis quibusque subeundis se efferrent.

Vindicare sufficienter opinionem hancce meam, Urbis quondam columnen **SEGNERUS**. Ipso ad clavum sedente; Afflictae Hungariæ sorti, intimis prorsus nexibus alligata, & in acie novaculæ constituta erat **Posonium**. Magna hinc negotiorum

moles exorta, & ostensa undique periculorum ancipitia, atque inimmensum aucta Reipublicæ benè gerendæ difficultas. Ad hanc sustinendam, & illa profliganda; opus erat **Atlantem** ali-

quem & **Herculem**, non è fabulis optare, sed à Cælo, in

Salutem.

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum.  
(303.19.2)

Salutem civitatis exorare. Adfuit SEGNERUS, & ita adfuit ut Respublica fatiscens, & tantum non animum agens, illo autore cœperit primo confidere, deinde verò etiam eniti.

Nihil hic peregrinitas obfuit, quo minus benè Reipublicæ confuleretur, imò non obstitit, quo minus ipse hanc Rempublicam, non minore quam patriam amore profeceretur.

Mecum sentiet, quisquis sibi in memoriam revocabit, quanta quamque proficua aliquot retrò annis gesserit, quos sustinuerit impetus, qua Pietate, quo zelo, qua constantia erexerit meticulosos, & ne animum desponderent, quam singulari magnanimitate effecerit. Nempe prudentiam ejus, fortitudo comitabatur, unde Claudiana tonitrua nunquam expavit, neque animus ejus ratis fuit, quam ventus & unda quaqua versum impellere valuerunt, sed in omnibus periculis stetit immotus, spei anchora fundatus, & divinæ providentiæ certus, ne tantillum quidem trepidavit, & cum in oculis urbis, omnia prædæ & direptui haberentur, ipse invicto animo aliorum constantiam suscitavit. O ingentem viri fiduciam, sed Deo nixam!

Omnia sibi à Numinis divini bonitate pollicebatur, quia Deum suum vera pietate colebat & venerabatur, frequentissimus scilicet & devotissimus ejus cultor. In omnibus suis actionibus illud aureum sibi occentabat ipse. **Est profectò Deus, qui quæ nos gerimus auditque et videt**, adeoque cuncta adornabat, tanquam si Deus adesset testis & judex.

In tota vita sua, optimum animum, pulcherrimum Dei cultum judicavit, & omnem Christianorum religionem esse, sine errore vivere, & scelere.

Ab animo certè haut vulgariter probo profecta sunt, quæ de moribus viri testantur, & testabuntur olim, insignia pietatis & devotionis monumenta, quibus non nostra tantum civitas, sed & vicinia superbit. Multa certè inanima, quantus vir fuerit, palloquuntur, meliore profectò jure, quam olim apud Romanos eorum nomina, qui aut pontem milvium refecerant, aut vetustate, temporum collapsos porticus, marmoreis tabulis inscribebantur. Religionem quam in se sanctissimè colebat ipso, in aliis aut fundabat, aut restituebat.

Pietati



SEGENERUM, cui pietas tam familiaris, cuius domestica fuit, & decus dulcissimum.

Nondum facere possum, ut dimittam pietatem. Verissime enim dictum est, **Pietatem omnes Virtutes in se continere.**

Quare ausim dicere, non aliunde, quam à Pietate erga Deum proficisci potuisse, incomparabilem illum in bonum publicum amorem, cui dies noctesque impendit, quod unice quæsit, in cuius cura, quod optimum homini datum est, sanitatem destruxit. In fortuna sua, quam ipsi Deus non pauca manu adjecerat, id unum amavit, quod posset publicè prodesse, perinde atque ad ipsum pertinisset illud **Claudiani,**

**Tu Civem Patremque geras, tu Con-  
sule cunctis,**

**Non tibi, nec tua te moveant, sed pu-  
blica damna.**

Muniverat autem Optimus Vir, hanc Pietatem suam singularem, ut aliarum virtutem omnium, ita vel maximè prudentiæ satellitio. Didicerat equidem jam tum, cum adolefceret, Moderatori Reipublicæ beatam civium vitam propositam esse, adeoque, ut ad Rempublicam regundam admotus, scopum honestissimum attingeret, prudentia instruxit pectus, ne illà destitutus, obesset magis quàm predesset. Etenim eadem semita gradiuntur, rector ignorans, et malus: alter, cum prodesse possit, non vult: alter, etsi velit, non potest. Sui certus, in nullam sese abdidit latebram, sed in theatrum prodiit, manum rotæ admovit, & quam plurimis annis multa laudabiliter pro Republica gessit.

**Dum melior vires sanguis dabat, æmu-  
la nec dum**

Tempo-

SEGNERUM, cui pietas tam familiaris, cuius domestica fuit, & decus dulcissimum.

Nondum facere possum, ut dimittam pietatem. Verissime enim dictum est, **Pietatem omnes Virtutes in se continere.**

Quare ausim dicere, non aliunde, quam à Pietate erga Deum proficisci potuisse, incomparabilem illum in bonum publicum amorem, cui dies noctesque impendit, quod unice quæsit, in cuius cura, quod optimum homini datum est, sanitatem destruxit. Infortunata sua, quam ipsi Deus non pauca manu adjecerat, id unum amavit, quod posset publicè prodesse, perinde atque ad ipsum pertinisset illud **Claudiani,**

**Tu Civem Patremque geras, tu Con-  
sule cunctis,**

**Non tibi, nec tua te moveant, sed pu-  
blica damna.**

Muniverat autem Optimus Vir, hanc Pietatem suam singularem, ut aliarum virtutum omnium, ita vel maximè prudentiæ satellitio. Didicerat equidem jam tum, cum adolesceret, Moderatori Reipublicæ beatam civium vitam propositam esse, adeoque, ut ad Rempublicam regundam adnotus, scopum honestissimum attingeret, prudentia instruxit pectus, ne illà destitutus, obesset magis quàm prodesset. Etenim eadem semita gradiuntur, rector ignorans, et malus: alter, cum prodesse possit, non vult: alter, etsi velit, non potest. Sui certus, in nullam sese abdidit latebram, sed in theatrum prodiit, manum rotæ admovit, & quam plurimis annis multa laudabiliter pro Republica gessit.

**Dum melior vires sanguinis dabat, æmu-  
la nec dum**

Tempo

Temporibus geminis canebat sparsa  
senectus,

magna contentione multa pro hac civitate aggressus est, omnia autem sic perfecit, ut virtutem ejus nemo ausit diffiteri. Officiis quibuscunque præclara prudentiæ & fidei laude præfuit, & splendidas per se dignitates, inusitato administrationis tenore, eximie illustravit. Inde etiam factum fuit, ut nunquam vacationem, ne per ætatem quidem, & valetudinis infirmitatem impetraverit; ab amore verò in bonum publicum profectum est, quod nunquam illis inexorabilis fuit, qui munia muniis augebant, & onerato cumulabant onera. Est hæc fateor rarissima laus decoris, quæ animum bonis artibus seriò compositum, ad incorruptam præclarè agendi consuetudinem, interiore quodam motu ciet temperatque. Illam verò cumulatè nostro ut tribuamus SEGNEXO, ipsa veritas sanctissima impellit.

Utinam autem ad tam eximium exemplum omnes illi se componerent, quos Divina Bonitas talibus instruxit dotibus, quas bono publico utiliter, si vellent, possent impendere. Utinam quisque loco suo, Patriæ potius, quàm sibi vivere satageret, fieri vix posset, quin meliore loco res nostræ essent. Illos indigito, quorum prudentia benè fundata est: non eos, qui opinione stultà turgent, & cum rudissimi juxta atque imperitissimi sint, nihil tamen rectè fieri existimant, nisi quod illorum fatuitati arridet. Hos equidem laverniones latitare malim, alios verò publico se impendere, qui cultum mentibus addiderunt. Patriam illi ament, non se, Publico se, non suis laribus devoveant. Nihil enim optimum, quod non commune est, neque

C ij

quic-

quicquam, tam ad coelestem propius naturam accedit, quam ut unus multis proficit. Sunt duo formosissima in caelo lumina, Sol interdiu oritur, luna innumeris comitata sideribus, etiam pecudi pascenti noctu lumen praebet: ita viri boni averfantur neminem, ut plures juvent. Quid fontana aqua purius? & tamen per argenteos diffusa rivulos, quemlibet e via sitientem sponte admittit? Quid pluvia utilius? in publico cadit. Pulchriora ferè sunt, quae neminem excludunt, quam quae multis placent. **Nobis nati nequaquam sumus, neque benè vivit, qui ita malè latet, ut talentum suum iniquissimè abscondat et defodiat.**

Aliter noster **Nestor** se gerebat. Quanquam enim quae sibi domique suae praestaret, abundè ipsi suppeterent, maluit tamen aliis inserviando consumi, quam domi computrescere, adeoque in publico versatus est assiduè, inde usque à virili aetate, ad ipsam senectutem, in qua, quanquam affecta, benè de nobis meritus est, ita, ut prodigii propemodum simile fuerit, tot laboribus suffecisse virum, creberrima valetudine debilem, defectumque pæne artuum robur, sola firmitudine animi sustinentem. Nempe cum ipsa senectute, valetudines, neque paucæ, neque modicæ accedebant, nec tamen exhaustum, diuturna laborum curarumque vexatione corpus cessit confertim incumbentibus morbis, sed supra vires struere, moliri, & pro posteritate contendere officii sui conscientiaeque putavit. Faber erat factus fabricando, tantamque sibi agendo comparaverat prudentiam, ut communis tandem fuerit Mercurius, & publicus aliquis consiliarius, ad quem sæpissimè, tanquam ad sacram Anchoram, vel inimicissimi ejus confugerunt. Nempe, nemo negotiorum naturas penitus inspexit: tractandi

tractandi vias, nemo expedivit celerius, cumque aliorum sententias nunquam non exploraret, propriâ ipse difficilimis rebus solertia superfuit. Munera sæpiculè gessit, & utilitate amplissima, & necessitate dignissima, & laboribus molestiisque difficillima, sed nunquam sine populi suffragio. Quodque impensius mirere, qui in aliis evehendis semper discordia agitati sunt cives, in eo ornando amicissimè conspirarunt, atque in felicitate numerarunt, SEGNERIUM exorasse, ut onera susciperet, à quibus ætas & valetudo ipsum eximebant. Adeò omnes mirificè eidem cupiebant.

Possem, quin & deberem alias viri insignis laudes compendio complecti: sed vereor, ne patientia auditorum abuti videar. Quanquam malim credere, id omnes vehementer cupere, ut ne injuria fiat beatis manibus, quod fieret, si quæ publica opinio tenet, nostrum elogium, quanquam succinctè, non prosequeretur. Probitatem ergò SEGNERIANAM, & conversationis rectitudinem quadantenus delineare par est, illudque studium Justitiæ, quo ante multos radiavit. Noverat Vir longè optimus, Justitiam, & pietatem, non ineptè dici bases geminas, quibus humana salus innitatur: intelligebat hos esse illos polos, in quibus vita boni viri faustissima giratione rotetur: non nesciebat has esse rotas, quibus anima humana ad immortalitatem gloriosam provehatur. Sciebat hos esse pedes, quibus tota Salutis structura nitatur: quare non minus pius erga Deum, quam justus erga proximum, & esse, & videri contendit. Præter ea, quæ natura nobis indidit, pietatis & Justitiæ principia, Deum colito, unicuique suum tributo, aliæ insuper prostabant in venerando illo animi senatu, sanctissimæ tabulæ, ad quarum formam, universam suæ mentis Kempublicam gubernavit. **Justitiæ Patronus, aures, oculos, et pectus occlude. Spectatus auri fulgor, vel scelerum umbram trahit, vel acrimonia excæcat. Plerumque ubi proponitur præmium, Justitia venalis exponitur, tantò turpius, quantò res magis libera venum datur.**

Vbi

Vbi peccat ætas major, malè discit  
minor.

Nihil molestum ac durum ei sit, qui se uti-  
litati publicæ dedit. Has animo suo inviolabiles tabu-  
las, hæc sanctioris vitæ decreta, suus ipse consul sibi finxit S E-  
GNERUS, sanctèque semper observavit.

Quin, ne concinnitas illa intellectus correcti, & voluntatis  
coërcitæ, suavissimaque conspiratio turbari posset, voluptatibus  
viam præstruxit, & sobrietatem inter præcipua vitæ ornamenta  
cum laude habuit, certus, nihil pestilentius esse vo-  
luptatibus, si nimix improbæque fuerint.  
Calicum remiges cane pejus & angve odit, & contra cantus Sire-  
num cera constantiæ & boni propositi aures firmissimè obturavit,  
atque tam sincera morum rectitudine, sapiendique dexteritate,  
publicam privatamque vitam, à seculi pravitate, & aberrandi faci-  
litate, ad exactam præstantiæ normam conformavit, ut reprehen-  
dendi cupidus, nihil videatur inventurus, ob quod merito debeat  
malè audire, nisi hoc unum vitio verterit calumnia, quod ho-  
mo fuit.

Ostentant nobis Romani, invictò Livii & aliorum calamo, Il-  
lustres illos Semones, Camillos, Fabios, Catones  
descriptos. Producent suos Athenæ Themistocles,  
Aristides, Pericles, Thrasibulos ex notitia an-  
tiquior: Probant felicitatem suam Spartani suo Ly-  
curgo, Thebani Epaminonda, Sicionii  
Arato. An verò à Jure suo alienum fecerit Pofonium,  
si contra vetustatem, se & sua admirantem, Maurachios,  
Cellarios, Schedelios, Aueros, Beigleros,  
Karne-

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum.  
(308.15.7.)

Ka  
oatio  
rum  
GN  
cian  
proc  
miis  
casu  
hoff  
inter  
on  
tum  
Fa  
Ha  
cipu  
ad i  
nob  
fort  
fit f  
ad  
cea

die

23

quicquam, tam ad cœlestem propius naturam accedit, quàm ut unus multis profit. Sunt duo formosissima in cælo lumina, Sol interdiu oritur, luna innumeris comitata sideribus, etiam pecudi pascenti noctu lumen præbet: ita viri boni averfantur neminem, ut plures juvent. Quid fontana aqua purius? & tamen per argenteos diffusa rivulos, quemlibet è via sitientem spontè admittit? Quid pluvia utilius? in publico cadit. Pulchriora ferè sunt, quæ neminem excludunt, quàm quæ multis placent. **Nobis nati nequaquam sumus, neque benè vivit, qui ita malè latet, ut talentum suum iniquissimè abscondat et defodiat.**

Aliter noster **Nestor** se gerebat. Quanquam enim quæ sibi domique suæ præstaret, abundè ipsi suppeterent, maluit tamen aliis inserviando consumi, quam domi computrescere, adeoque in publico versatus est assiduè, inde usque à virili ætate, ad ipsam senectutem, in qua, quanquam affecta, benè de nobis meritus est, ita, ut prodigii propemodum simile fuerit, tot laboribus suffecisse virum, creberrima valetudine debilem, defectumque pænè artuum robur, sola firmitudine animi sustinentem. Nempe cum ipsa senectute, valetudines, neque paucae, neque modicæ accedebant, nec tamen exhaustum, diuturna laborum curarumque vexatione corpus cessit confertim incumbentibus morbis, sed supra vires struere, moliri, & pro posteritate contendere officii sui conscientiaque putavit. Faber erat factus fabricando, tantamque sibi agendo comparaverat prudentiam, ut communis tandem fuerit Mercurius, & publicus aliquis consiliarius, ad quem sæpissimè, tanquam ad sacram Anchoram, vel inimicissimi ejus confugerunt. Nempe, nemo negotiorum naturas penitus inspexit: tractandi

tractandi vias, nemo expedivit celerius, cumque aliorum sententias nunquam non exploraret, propria ipse difficilimis rebus solertia superfuit. Munera sæpiculè gessit, & utilitate amplissima, & necessitate dignissima, & laboribus molestisque difficillima, sed nunquam sine populi suffragio. Quodque impensius mirere, qui in aliis evehendis semper discordia agitati sunt cives, in eo ornando amicissimè conspirarunt, atque in felicitate numerarunt, SEGNERIUM exorasse, ut onera susciperet, à quibus ætas & valetudo ipsum eximebant. Adeò omnes mirificè eidem cupiebant.

Posses, quin & deberem alias viri insignis laudes compendio complecti: sed vereor, ne patientia auditorum abuti videar. Quanquam malim credere, id omnes vehementer cupere, ut ne injuria fiat beatis manibus, quod fiet, si quæ publica opinio tenet, nostrum elogium, quanquam succinctè, non prosequeretur. Probitatem ergò SEGNERIANAM, & conversationis rectitudinem quadantenus delineare par est, illudque studium Justitiæ, quo ante multos radiavit. Noverat Vir longè optimus, Justitiam, & pietatem, non ineptè dici bases geminas, quibus humana fasus innitatur: intelligebat hos esse illos polos, in quibus vita boni viri faustissima giratione rotetur: non nesciebat has esse rotas, quibus anima humana ad immortalitatem gloriosam provehatur. Sciebat hos esse pedes, quibus tota Salutis structura nitatur: quare non minus pius erga Deum, quam justus erga proximum, & esse, & videri contendit. Præter ea, quæ natura nobis indidit, pietatis & Justitiæ principia, Deum colito, unicuique suum tributo, aliæ insuper prostabant in venerando illo animi senatu, sanctissimæ tabulæ, ad quarum formam, universam suæ mentis Rempublicam gubernavit. **Justitiæ Patronus, aures, oculos, et pectus occlude. Spectatus auri fulgor, vel scelerum umbram trahit, vel acrimonia excæcat. Plerumque ubi proponitur præmium, Justitia venalis exponitur, tantò turpius, quantò res magis libera venum datur.**

Vbi

Regi nymtadva ngok Bvathstana Lycæum

Vbi peccat ætas major, malè discit  
minor.

Nihil molestum ac durum ei sit, qui se uti-  
litati publicæ dedit. Has animo suo inviolabiles tabu-  
las, hæc sanctioris vitæ decreta, suus ipse consul sibi finxit S E-  
GNERUS, sanctèque semper observavit.

Quin, ne concinnitas illa intellectus correcti, & voluntatis  
coërcitæ, suavissimaque conspiratio turbari posset, voluptatibus  
viam præstruxit, & sobrietatem inter præcipua vitæ ornamenta,  
cum laude habuit, certus, nihil pestilentius esse vo-  
luptatibus, si nimix improbæque fuerint. Calicum remiges cane pejus & angve odit, & contra cantus Sire-  
num cera constantiæ & boni propositi aures firmissimè obturavit,  
atque tam sincera morum rectitudine, sapiendique dexteritate,  
publicam privatamque vitam, à seculi pravitate, & aberrandi faci-  
litate, ad exactam præstantiæ normam conformavit, ut reprehen-  
dendi cupidus, nihil videatur inventurus, ob quod merito debeat  
malè audire, nisi hoc unum vitio verterit calumnia, quod ho-  
mo fuit.

Ostentant nobis Romani, invictò Livii & aliorum calamo, Il-  
lustres illos Semones, Camillos, Fabios, Catones  
descriptos. Producent suos Athenæ Themistocles,  
Aristides, Pericles, Thrasibulos ex notitia an-  
tiquiore: Probanè felicitatem suam Spartani suo Ly-  
curgo, Thebani Epaminonda, Sicionii  
Arato. An verò à Jure suo alienum fecerit Pofonium,  
si contra vetustatem, se & sua admirantem, Maurachios,  
Cellarios, Schedelios, Aueros, Beigleros,  
Karne-

Regi nyomtatvándó. Brathslava-lyceum.  
1803. é. é.

**Karneros, Segneros** nominasset, luculenta commendatione dignissimos Viros. Equidem infacili est, omnium illarum vestigia virtutum ostendere in nostris, maximè autem in **SEGNERO**, quibus illi singularibus eminuerunt. Sive enim respiciam civilis actus varietatem, sive gestorum magnificentiam, sive productionis ævi perfectionem, nullibi non invenio, quod encomiis cohonestari mereatur.

Romanorum Rempublicam afflixerat aliquando gravissimus casus, cum viris opibusque florens **Fabiorum gens**, ab hostibus, quos sibi suo sumtu & sanguine debellandos sumserat, ad interneccionem cæsa & tantum non deleta fuit. Sed **non omnes Fabios abstulit una dies**, in cunis nempè tum vagiebat, cum illa gens occumberet, **Maximus ille Fabius**, qui postea cunctando rem restituit, & Romam ab **Hannibale** servavit. Crebra etiam & luctuosa funera præcipuorum virorum, hanc civitatem nostram adeò afflixerant, ut, ad incitas quasi redacta, ad limen perditionis stetisset, nisi illum nobis Fata servassent **Fabium**, qui sævissimos novercantis fortunæ impetus, fortissimè excepit, & insidias structas, aut elusit sagaciter, aut fortiter declinavit. Ita unus sæpè vir magnum adert ad salutem momentum, maximè, si sit integer vitæ. Liceat ergò nobis imitari **Ennianum** illud.

**Vnus homo nobis vigilando restituit  
rem, (tem,  
Non ponebat enim rumores ante salu-  
Ergo postque magisque viri nunc glo-  
ria claret.**

Integritatem serio complectebatur & æquitatem, virtutes hodie adeò raras, ut vix amplius inveniantur. Ab ambitione alienissimus

Regi nymtæ vnyok Bratislava-Lycæum  
1308.10.21

nissimus fuit, honores habuit in rebus, quos æquè libenter amit-  
tas, quàm acquiras. Verbo ita se gessit, ut virtutem ejus facilius  
fuerit contemnere, quàm sequi, ridere, quàm intelligere. Se-  
curitatem suam magis innocentiam, quàm legum tuebatnr scientia,  
nunquam ambiens, semper assequebatur. Desideria ejus, nec  
vana erant, nec infinita, intelligebat enim, quicquid ho-  
mines optant delirantium esse somnia, in-  
ter vitreæ felicitatis bullas et ampullas ob-  
orta. Satagebat quidem rerum suarum, sed ita ut virum bonum  
non exueret. Opinabatur Sapientis esse, nihil contra mores,  
leges, instituta facientem, habere rationem rei familiaris. Nun-  
quam fecit compendit sui causa, quod non licuit.

Quanquam verò superbiam contemserit, Autoritatem ta-  
men ordinis sui egregiè est tuitus, & effecit ne omnia licerent po-  
pulo: **Malè enim imperatur, cum regit vul-  
gus duces.**

Nemo quidem improborum fuit, qui virtutem ejus æquanimi-  
ter inspexerit: Sed tamen tantà fuit animi præstantiâ, ut sæpè  
malos in se concitaverit, sed & fortiter contemserit. Quando mi-  
hi in mentem venit illius odii, quod in causa DEI prudens sciensque  
contraxerat; quando itidem considero, quanti fuerit habitus apud  
suos, & non suos, ad ipsum mihi videor transferre posse, quod de  
Demosthene quondam dixit Philippus: Hic est,  
inquiēbat, fatalis mora, quæ victoriis injicitur.  
Non populus est, cum quo mihi anceps  
bellum surrexit, sed unus ille Demosthe-  
nes. Athenas pridem impetus noster ex-  
pugnasset, nisi incidisset in hunc scopulum,  
pridem astutia penetrasset, nisi per hoc  
muni-

m  
fe  
Q  
la  
T  
na  
ha  
fi  
vir  
fer  
m  
pr  
in  
Se  
cr  
Qu  
fit,  
ped  
qua  
rito  
ster  
& li  
gete  
dore  
est,  
alpe  
per  
rimis  
ingra  
fis il  
Jul

munimentum locus ruinæ quærendus fuisset. Demosthenis consilium murus est, eloquentia telum, magnitudo animi et vigilantia propugnaculum. Thebas cæpimus, Thesalia nostra est: nostræ essent Athenæ, si unus noster foret Demosthenes. Scivit hæc & sprevit, ipsam imò invidiam calcavit pedibus: eam enim si quis ita metuit, ut, ne cuiquam improborum displiceat, regiam virtutis viam deserendam arbitretur, proditor signorum atque defertor est. Virtuti certè, aut renunciandum semel, aut invicto animo, cum livore et improbitate dimicandum. Virtutis comes invidia, quæ non infectatur nisi excellentes. Sed contemptim habēda est, ut exspiret. Incrementa enim capit, cum incipit metui. Quippe, ut in prælio, qui clypeum abjecit, & virtuti nuncium remisit, non ab hoste modo, sed & à jumentis paulo post calcatur, & sub pedibus plerumque perit: ita qui livorem ferre, qui malevolentiam, quam benè agendo meruit, tueri præ ignavia non potest, ferre merito contemptum cogitur, qui in virtutis protinus succedit locum. Noster rectè faciendo neminem timuit, æmulos quosvis, invidosq; risit, & livoris virus in salutare monitum convertit: Quin, ut ocores pungeret, candidè semper & constanter agere perrexit, & senectutis candorem, moribus germanis geminavit. Sæpè quidem sapius expertus est, Curix splendorem, qui multorum oculos perstringit, pro-lucro, aspera curarum, & iniqua molestiarum offerre; sed constanter omnia pertulit, & viriliter admodū ac masculè superavit. Nempe, quam plurimis exemplis eruditus perspexerat, non nisi molestias, summamq; ingratitude, maximis quibusq; virtutibus, à populo rependi. Testis illa temporum Historia eidem monstrabat, Aristidem

Justitia, Catonem Severitate, Phocionem

D

bonitate,

bonitate, Valerium humanitate, Demosthenem eloquentia, Tullium prudentia, Scipionem Majestate gestarum rerum, Epaminondam felicitate, inimicos invenisse. Neque fugiebat subactum experientia & perpolitum animum, quosdam Religionem, alios eruditionem, præcipua animi humani bona, odiis & periculis objecisse: multò autem plurimos maximosque viros, fidem & studium servandæ Patriæ, iis exposuisse calamitatibus, quæ in proditorum & improborum capita tantummodo videbantur competere. Et sane hujus rei exempla non erat necessum ut aliunde peteret, licuit ei reperire domi, omnia autem ista, utut complures territura, nunquam ipsum ita effecerunt, quo minus tenax manserit, & certus propositi.

Cujus animi indicium fuisse putatis illam, quàm pro civili statu majorem **Magnificentiam!** Quidam benigniore fortuna ebrii, & rerum copia affluentes, id operam dant unicè, ut quantum in se est, nemini profint hominum, Eucliones, Philargyri, Nummi-basii, Avari Dracones, quos è vita eliminari, sæpè è Republica esset, ut nimirum magis ad proportionem in cunctos dimanarent, quæ necessaria sunt vitæ. Pestes sunt, & quod in mari syrtes, ad quas plerosque naufrageri necessum est: Harpyiæ fœdissimæ sunt, & canes ad cumulum fœni, quod nec ipsi edunt, nec aliis concedunt, quibus una cura est, ditescere. Noster felicitatis esse edoctus, non sibi, sed toti genitum se credere mundo, in id allaboravit, ut quàm plurimis, quàm sæpissimè prodesset.

- Medium non deserit unquam  
Cæli Phæbus iter, radiis tamen omnia  
lustrat.

Sic ipse altissima inter cives statione positus, radios mirè beneficis in circuitu sui sparsit, & non aliter atque refocillans Phæbus, duro paupertatis frigore congelatos, amantiissimè refecit. Prædicabit  
ejus

ejus Munificentiam ætas nepotum, quibus tantum in promovendis bonæ mentis juvenibus, conatus ipsorum stipendio adjuvans, reliquit beneficium, quo vix ullum majus meliusve nominari potest. Utinam, qui ejus voluntatem exequi tenentur, ab intentione usque adeo salutari, haud unquam cogitent decedere. Quid verò Magnificentiam faciemus? qua quosvis ordinis sui, longo post se reliquit intervallo. Immenlum præfulget in eo clarissimorum Magnificentia operum, quæ certissima animi ad præclara nati fides, virtutis non simulatæ tessera, prudentiæ generosioris rarum, sed verum pignus fuit.

**Turrim prætoriam** altiore fastigio ornavit, ut Magistratus autoritatem incrementis augendam esse indicaret.

**Horologium reparavit**, horasque in quadrantes distinxit, ut momenta temporis solerter digerenda, & providè dispensandam esse rem tam pretiosam hortaretur.

**Hungariæ nationi, novi templi è fundamento excitatione**, cultum Divinum commendatiorem reddidit, & licet illa structura, magnis motibus impedita fuerit, ipsi etiam molestiarum & invidiæ plus satis attraxerit, nihil tamen omisit eorum, quæ ad illud sanctum opus perficiendum faciebant: Quod imperfectum quidem reliquit, non sua culpa, sed temporum injuria.

Felicius, Deo sint laudes, ei successit, hujus nostri **Gymnasii fundatio**. Etenim, cum suffragiis Orthodoxorum in hac urbe, rerum ad religionem pertinentium, primaria ipsi cura injuncta fuisset, ut se Scholarcham genuinum testaretur, ipse **Scholam è fundamento excitavit**, quæ stabit, quam diu honori & virtuti erit locus. **Scholarcha** idem, & Scholastici fastigii autor: Curator idem & Instaurator: Ille ut cathedra Doctoribus, auditoria studiis, convictio moribus, leges disciplina florent, assidua & efficaci solertia advigilavit. Ille, ne honor sapientiæ, præmia industriæ, usquam deessent, favore prolixo, & animosa benignitate prospexit.

D ij

Cum

Regi nymtotvavnyok Bratislava-Lyzeum

Cum primitus ad operas in hoc Lycéo accedendum esset, ut rei longè maximæ, & futuris seculis profuturæ memoria, omnis ætatis hominibus, imprimis verò Juventuti studiosæ aliquo symbolo idoneo imprimerèter, **Equum Trojanum** cælari in nummis jussit argenteis, quos viritim ipse distribuebat, eo omine, ut non aliter atque ex **Equo Trojano** strenui prodierunt milites, Trojæ potentissimæ victores, ita ex Gymnasio hoc nostro, validissimi veritatis defensores, & barbarici longè lateque victores exsiliant, qui vitia & errores feliciter excindant ac Triumphent. Quod omen, Deus omnipotens, ratum esse jubeat & firmum. Nostrum hac vice est extollere, uti meretur, pientissimam hanc curam, & rogare Deum, ut posteritati ipsius benè esse velit, plures etiam excitet **Jairos**, qui potissimam laudis occasionem quærant, in conservanda & ornanda hæc palæstra, cui, quod pretiosissimum habemus, liberos nostros formandos concredimus, in quibus omnis spes melioris ævi est reposita. **Nihil desperabimus, dum ad virtutem et pietatem liberos nostros, formare laborabimus.** Pretiosus hic est Reipublicæ thesaurus, utinam semper sint, qui eum sollicitè observent.

Utinam illa Reipublicæ huic inclutoque regno integra servetur! Utinam nullo non tempore sint Mæcenates, ut nunquam nobis queant deesse Marones! Utinam denique se offerant; quibus volupe sit hoc saxum volvere, quos neque superbia, neque contemptus, neque ingratitude, à tam proficuis laboribus, verè laboribus, absterreat.

Sed redeo ad nostrum Nestorem, cujus Patientiam, qua exquisitissimos morborum cruciatus fregit, & fortitudinem, qua petus contra mortis terrores armavit, quin paucis quoque attingam, non possum facere.

Diligenter quidem inserviit valetudini, & ab omni immoderato voluptatum ulu sese abstinuit, declinari tamen illa necessitas non potuit, quæ omnibus tandem obeunda; **nempe, sicut**

CUM

cum re familiari, ita cum vita quoque nostra comparatum est. Potest quidem Pater familias industria, frugalitate atque prudentia facere, non modò, ut ne ea diffluat temere, sed et ut augeatur: verum ut sibi propria, planeque perpetua sint, quæ suo labore ac studio quæsit et comparavit bona, abs se præstare non potest. Nam infiniti casus sunt, qui, quia fataliter ingruunt, nec provideri semper, nec caveri satis et declinari unquam possunt. Pari modo, etsi præsidia quædam data sint, quibus tueri valetudinem liceat, quamvis et multum ad conservandam eam prudentia et temperantia conferat; tamen impossibile est, ut semper rectè valeamus. Et ita comparatum est cum vita humana, ut inter legiones calamitatum, morborum quoque turmæ in nos irruant.

A malis certè & perturbationibus nulli fida pax, vix induciæ sunt, & facilè felicitati syllaba accrescit. Quæ enim sunt divitiæ, quas non egestas & fames & mendicitas à tergo sequantur. Quod Corporis robur, quod non prosternant Febres, Ulcera, Podagra, Lepa, Hydrops, Epilepsia, Sideratio, & mille alia tormenta! Et his certè vexatissimus fuit, quem sæpius jam diximus, noster SE-  
GNERUS. Sed Dei hæc est Sapientia, qui,  
quos

quos amat fortiter, operibus, adversitati-  
bus, doloribus exercet gnaviter, et sequi-  
tur in bonis viris eandem rationem, quam  
in discipulis suis præceptores, qui plus la-  
boris ab his exigunt, in quibus certior spes  
est; Langvet enim per inertiam sagina-  
ta, et marcet sine adversario virtus, nec  
fert ullum ictum illæsa felicitas, sed ubi af-  
fiduè cum incommodis rixata, callum  
per injurias et miseras duxit, nulli succum-  
bit malo, et si ceciderit, de genu pugnat.

Sustinuit fortissimè **SEGNERUS**, qui alios oppressissent, dolores,  
& mortem nunquam suo dignatus est timore, nunquam vitam  
amore.

Fata denique ac dies suos explevit septuagenarius **Se-**  
**nex**, quem numerum ætati humanæ veluti decretorium & solen-  
nem, in sacris **Hieropsaltes**, in profanis Solon apud **He-**

**rodotum** designat. Certè, quæ mortalium artibus & acti-  
bus effacia, aut qui progressus sperari potest, amplius spatium nec  
requirere, nec ferre videtur. Dum noster viveret, sæpè ponde-  
ravit secum, relinquere vitam, ejusmodi rem esse, quæ temerè si-  
mul, & rectè obiri vix possit, artem adeoque artium, benè mori,  
inter præcipuas habuit curas. Singularis verò felicitas ipsi obti-  
git, ut inter minas malorum moreretur.

Quæ enim nostra in præsentī fortuna sit, quæ horum tempo-  
rum conditio, nemo non, & videt pariter, pariterque deplorat.  
Ipsi dolendi sperandique finem beatitudo æterna attulit, inter quin-  
tam & sextam matutinam die XIII. mensis Maji, anni minoris nu-  
meri sexagesimo sexto. Quondam **Democrates**, eximia  
prudentia, rotundaque brevitate, quicquid vivunt in terris homines  
agunt.

1503  
Regi nymptetvanyok Bratislava Lyceum

aguntque exposuit. Mundus scena, vita transitus, Venisti, Vidisti, Abiisti. Venit enim noster, & vidit mundi hujus miserissima varietate detestandam scenam, sed & abiit, suo compendio, nostro dispendio. Vivit quippe, & suo funeri superstes, non omnis mortuus est, atque, postquam se terris, in nostra sequentium documenta fatis commodavit, meritis quam annis gravior, debitæ æternitati se restituit: Nobis autem multam dolendi materiam reliquit. Potest quidem casus & jactura nostra tolerabilior videri non-nemini, qui id intuetur tantum ac reputat, quod is annorum modus [in nostro fuerit **Nestore**, qui vix haberet, quo cresceret, & quo transiret, nisi in mortem. At enim verò, aut nos magnopere fallimur, aut aliter statuet, qui cogitat secum & perpendit cum animo, quantum sit damnum in Republica,cano capite privari. Apud Maximum Poëtam, **Agamemnon**, non tam in Ajace inviolabili, aut Diomede vel Menelao divinis Juvenibus, quàm in uno Pylio Nestore, sene ac sapientissimo mortali, omnes victoriæ causas ponebat. Cum in magna aliqua domo, asseres quosdam in tabulato solvi, aut frangi tegulas, vel alias istiusmodi partes, necessarias quidem, sed ignobiliores tamen, contingit corrumpi ac desperire labe, leve habetur damnum, nec quicquam metuitur, dum reparatio in promptu adest: at verò, cum fundamenta incipiunt sidere, cum ipsa laxatur murrum compages, pilæ ac destinæ, quibus innititur moles sublabuntur, tanto major sollicitudo versat omnes, quo plus periculi ac discriminis manifestè impendet, nec tam refectione, quàm instauratione opus est. Nobis justissimus dolor imponit necessitatem querendi. Næ illiusmodi jam magna nobis civium penuria est, qualis ille fuit, antiquâ homo virtute ac fide, haud cito mali quid ortum ex hoc fit publicè!

Verè hic mihi videor affirmare posse, plerosque non intellexisse virum, minimè vulgariter laudandum. Nempe judicium multitudinis multa subterfugiunt, quæ & notitiam illustrem, & exemplum rectissimum videntur continere. Et quidem, hoc, nec paucorum fuit, nec ignobilium virorum fatum, ut in vitâ pænè inauditi, post fata inter clarissimos celebrarentur, adeoque  
ipfis

tati-  
qui-  
uam  
s la-  
spes  
ina-  
nec  
i af-  
lum  
um-  
nat.  
ores,  
itam  
s Se-  
folen-  
He-  
c acti-  
i nec  
onde-  
erè fi-  
nori,  
obri-  
mpo-  
rat.  
quin-  
s nu-  
ximia  
nines  
gunt.

Regi nymphae Vangel, BATHSLEWE-Lyceum.

ipsis non fuit vita in hoc orbe vivere, sed vixisse: Neque verius in-  
ceperunt esse, quàm ubi desierunt.

Ipse quidem ex urna nos meritò alloqueretur: Ecquan-  
do similem mei civem habebis Posonium, tui adeò amantem, tan-  
ta fide tuis commodis studentem, ornamentis tuis semper incum-  
bentem. Quid verò respondere fas sit, illi notum, qui corda  
hominum regit, & fata nostra fortunasque ponderat. Hoc  
scio, neminem esse, qui præpoperè mortuus non videatur, et-  
iam in isto senio. Quanquam enim mirificè nobis arrideant,  
quà publicè, quà privatim concessa halcyonia, oportet tamen,  
futura pericula, præteritis periculis monitos, prudenter prospicere.  
Etenim possunt redire, quæ avertimus, possunt minari, quæ ti-  
muimus, possunt involvi, quæ evolvimus, & talis metus in bono  
cive perennis sit oportet.

Quis verò negabit, si quæ turbarentur, talibus nos opus habitu-  
ros civibus. **Quam diu enim Duces prudentes**  
non deficiunt, tam diu de summa rerum  
desperandum non est, utcunque illæ con-  
cussæ atque afflictæ fuerint: sed cum jam  
fusæ aut dissipatæ copix sunt, et nemo  
præterea superest, qui dare exercitui ca-  
put, bellumque administrare verè queat,  
frustra omnis conatus est, et quicquid sus-  
cipitur deinceps, ad interitum vergit.

**Epaminondas** moriens, cum intelligeret Jolaidem,  
quoque occubuisse pugnantem, cui partes suas transdere volue-  
rat, suis auctor fuit, ut ilico Controversias belli componerent, et,  
qualemcunque possent, facerent pacem. Nobis fatigandus  
est Deus precibus, ut in medio inimicorum constitutis in posterum  
clementer:

Regi ngomtatvavngok Bratislava-Lyceum: 1303. (1921)

clementer parcat, mortique frenum imponat. Remedii in-  
quam loco Præses nostri status, atque Custos, Deus, prece & pie-  
tate propitiandus est, ut superstites **Patriæ Patres**, bono  
publico quam diutissimè sospitet, & paucitatem illam non planè  
deleat. Vivant publici Custodes boni, idque bona hora exau-  
diat. Ut enim semper plures mali sunt, & boni facilè numeran-  
tur, adeò ut non sine causa dicamus cum Poëta:

Rari quippe boni, numero vix sunt

totidem, quot

Thebarum portæ, vel divitis ostia

Nili,

Nam genus hoc vivo jam decrefcebat

Homero.

Ita major est jactura, quando ex illis paucis unus excinditur.  
Utinam ergò viveret, utinam in medium adhuc confuleret Lux illa  
Curia. Sed vana sunt illa vota, & inania desideria. Non  
retrahemus in Pistrinum, quem summus Modimperator manu mi-  
sit, quem donavit rude. Colamus autem memoriam ejus, &  
ad posteritatem transmittamus merita ipsius.

Vehementer enim ingratos erga divina nos præstaremus  
munera, si vel temporis brevitatem, mensuram beneficii metiremur,  
vel amissionis dolor obrueret acceptorum memoriam. Repe-  
tamus ergò quàm frequentissimè **SEGNERIANA** beneficia,  
& cum **Curia, Templum, Gymnasium, Cæ-**  
**miteria** loquantur, nostris quoque præconiis virtus ejus & in-  
tegritas posteritati innotescat.

Hac vice cineribus ipsius

- levem sine pondere terram

Spirantesque crocos et in urna perpe-

tuum ver

E

pro

Regi imperatorumque Brastislenæ Lyceum  
1809/10

pro meritis precamur. Vivat in perpetuis æterni-  
tatibus, Dei cultrix, Dei amatrix anima:  
Lætetur, inter hymnidicos Angelorum  
choros, nobile perpetuâ caput amplecten-  
te coronâ, perenne gaudeat gaudium.

Dicimus Tibi, Segnere Pater, quanquam  
inviti Vale, aut quod sanctiore affectu  
proferimus Salve. Salve mens cælo rece-  
pta, falve consors Angelorum, Salve et  
Vale desiderium tuorum Civium

ANDREA SEGNERE.



ELOGIUM.

Asservat hoc Exuviarium,  
mortale quicquid habuit,

JUDEX CONSUL & INSPECTOR  
in REPUBLICA POSONIENSI,

ANDREAS SEGNERVS.

*Majores taceo, quibus fuit Major,*

*Daphne etenim vicit propria.*

*Aristas virtutis maturè exeruit,*

*& fructus Judicii vegetos.*

*Floridâ ætate Minervam sensit propitiam,*

*quæ Entheis ipsum potavit undis,*

*suadamque dedit anne eloquii blando fluentem,*

*& medullis insuper mores ingenuos religavit.*

*Inde cum otio arnisiitium non admisit,*

*sed horas suas mille negotiis laceravit:*

*Nec natavit ut anser in alga turpi,*

*Sed instar aquilæ pennaris remis super astra se libravit.*

*sola ipsi virtus monitor,*

*sola ipsi lex honestas fuit.*

Ratio

Regi nyonctatvanyok Bratislava-Lyceum  
1308.1922

Ratio ejus semper sereno stetit loco,  
Et cum sciret annos aufugos properare,  
stabilem sibi gloriam ære virtutis mercatus est.  
Voluptates, cordis vyperas, mentis compedes, rationis rotas,  
non est passus per errorum vias animum seducere,  
gnarus, *breves delicias lachrymabili exitio pensari,*  
*Et tenue momentum interesse inter jocos & funera.*  
*APHRODISIA* aliquoties, sed castè meditatus,  
quod benigna fors dare potuit, accepit.  
Solum Deum promum condum faustitatis credidit,  
cujus proinde nec parcus nec infrequens cultor fuit.  
*In Navigio Publico Proreta factus,*  
*Pia prodigitate Senaculum fastigia vit,*  
*Domum etiam artidocam augustiorem fecit,*  
*& alia felice ausu dilata vit.*  
Publicæ Rei arque Privæ semper dextrè consuluit,  
emicantque signa impendiosi pro Patria pectoris.  
Legis lupatos nunquam excussit.  
Abblandientis gloriæ, juxta ac sui victorem,  
Erithræi metalli color nunquam adussit,  
nec censibus aureis infame nomen infedit.  
Ut fuere negotia, ita serena frons ipsi fuit, aut nubila,  
nec enim quidvis voluit licere civibus.  
Aureo fortis die, inferenum metuit,  
æreum, rursus speravit enubilandum.  
Utinam nondum venisset in censum Libitinæ!  
Sed occidit extremi funeris spoliū,  
cum rus exiverat, anni primitias defloraturus.  
Heu! quàm properum avara fati Lachesis evolvit colum,  
& stamen urfit Atropos.  
Viveret ô si!  
*Civium Cynosura honorum.*  
Vivit.  
idque diem semper serenum.  
Quia in luce occidit.  
Nostrum est  
In via virtutis imitari  
Virum eximiè bonum.  
ANDREAM SEGNERUM.



Regi nymphaeae vnaeque Dignissima Lycium  
1508. 1511.

ni-  
na:  
um  
en-  
am  
ctu  
ce-  
et

••

atio

34

35